

Boecius hunc librum metricae et prosae mixtum quia hic modus scribendi magis competit suae intentioni et suae materiae. Sicut enim pocio curativa delectabilius hauritur si dulcedine mellis aut zucare fuerit affecta, sic et rationes consolantes et confortantes animum avidius suscipiuntur quae dulcore carminis sunt resperse. Imitatus autem est in hoc genere scribendi Marcianum Mineum Felicem Capellam de Nuptiis Mercurii et Philologiae, qui primus tali modo scribendi usus⁵⁸ inuenitur. Incipit autem librum pocius a carmine quam a prosa tum quia modus antiquior scribendi est metricus quam prosaicus, ut patet per Isidorum^{Ethymologiarum 59} libro primo, capitulo 25, tum quia incipit a planctu quo intendit animum audientis mouere ad compassionem. Musica autem, cuius proprietas in metro et non in prosa obseruatur, est maxime motiua affectus, ut patet per Boecium⁶⁰ istum in prologo Musice.

[I m 1]

CARMINA QUI QUONDAM etc.¹ Volens ergo Boecius agere de consolacione philosophica primo inducit personam tam consolacione indigentem quam personam² consolacionem afferentem. Secundo

* Cf. Friedlein p. 179; 179; 186

* Cf. pocius I xxxviii.

58 usus ORP uersus J / 59 ethymologiarum O om. RP / 60 istum ORPe illum M istius J om?

1 carmina qui quondam OR carmina etc. P carmina J / 2 personam om. O /

prosequitur de ipsa consolacione prosa secunda SED MEDICINE.
 Circa primum duo facit. Primo proponit personam consolacione
 egentem. Secundo inducit personam consolantem prosa prima
 HEC DUM MECUM. Inducit autem personam consolacione indigentem
 proponendo se ipsum suam miseriam deplorantem. Quam deploracionem
 describit metro elegiaco, quod primo inuentum fuit ad describendum
 miseriam. Et ab hoc nomen extraxit: ³eleys enim Grece idem
 quod miser ⁴Latine et inde hec elegia idem quod miseria; et
 elegus, -a, -um idem quod miser, -a, -um; et elegiacus, -ca,
 -cum spectans ad miseriam. Inuentor autem huius metri ignoratur,
 ut patet per Isidorum, Ethimologiarum libro primo capitulo 26.
 Unde et in poetria Oracii dicitur

Quis tamen ⁵exiguos elegos ⁶emiserit auctor

Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est. ^a

Constat autem metrum huius primo uersu ⁷dactilico ⁸exametro,
 secundo uero ⁹dactilico ¹⁰pentametro qui est semper terminatiuus
 sentencie uersus prioris. Et hoc ualde congruit miseris. Sicut
 enim in hoc metro ¹⁰sentencia inchoatur uersu ¹¹perfecto et ¹²terminatur
 imperfecto, sic sermo querulus miserorum incipit ex quodam nisu

2 A. P. 77-78

3 eleys ORPM eleliys J / 4 miserere O / 5 tamen RP inde OJ /
 6 auctor R actor OJP / 7 dactilico OP dictalico R dactalico J / 8 uer
 bo O / 9 dactilico OP dactalico RJ / 10 et terminatur imperfecto on.
O / 11 ita sermo O / 12 queriem J /

a perfeccione et uigore et uersus finem debilitatur et deficit.
 Dicitur autem uersus exameter quia constat ex sex pedibus,
 dactilicus autem a pede predominante. Recipit enim dactilum
 in omni loco preter quam in ultimo. Spondeum eciam¹⁴ recipit
 in omni loco preter quam in quinto;¹⁵ qui semper est dactulus,
 trocheum autem tantum in ultimo. Spondeus est pes dissillabus
 constans ex duabus longis, trocheus pes dissilabus constans
 prima longa et ultima breui. Dactilus est pes trissillabus
 constans prima longa et duabus breuibus.¹⁶ Versus dactilicus
 pentameter dicitur qui constat ex duabus pentemimeribus.¹⁷ Est¹⁸
 autem pentemimeris sillaba habundans post duos pedes. Prima
 autem pentemimeris potest esse spondeica uel dactilica¹⁹ quia
 indifferenter²⁰ utrumque pedem recipit. Secunda uero semper
 habet utrumque pedem dactilicum et ideo dicitur pentemimeris
 heroica quia dactilus pes maxime conuenit²¹ metro heroico de
 quo infra dicetur.¹⁸ Dicitur autem pentameter eo quod est
 quinque²² pedum quorum quatuor ponuntur ibi formaliter. Quintus
 autem resultat ex duabus sillabis habundantibus in duabus

13 deficit RP defecit J / 14 autem Q /
 15 hoc J / 16 ex prima Q / 17 pentemimeribus P pentemimeribus R pentemimeribus J /
 18 Est autem . . . infra dicetur om. P / 19 dactilica JR /
 20 indifferenter ROP indeferent J / 21 contingit J / 22 quinti J /

pentamemeribus per equipollenciam. Diuiditur autem istud
metrum ⁱⁿ duas partes: in prima plangit statum sue miserie
presentis, in secunda parte lapsum sue preterite felicitatis
ibi (21) QUID ME FELICEM. Circa primum tria facit: primo
plangit studii sui permutacionem secundo corporis sui
defeccionem ibi (9) VENIT ENIM; tercio miserabilis uite
prolongacionem ibi (13) MORS HOMINUM. Circa primum duo facit.
Primo plangit suum studium permutatum esse a iocunditate in
merorem. Secundo docet se in isto mesto studio aliqualem
habere consolacionem ibi (5) HAS SALTEM. Circa primum duo
facit. Primo suam permutacionem plangit. Secundo ipsam ex
euidencia rei ostendit cum dicit (3) ECCE MIHI LACERE. Plangit
ergo primo studii sui permutacionem dicens (2) HEU EGO FLEBILIS
COGOR INIRE id est incipere MESTOS MODOS id est mestas
modulaciones (1) QUI QUONDAM FLORENTE id est leto uel iocundo.
Prou. 17^a ²³ animus gaudens et aetate florida m
facit. STUDIO PEREGI CARMINA id est cantus delectabiles.
Composuit enim, ut dicunt quidam, quinquaginta cantus comicos
de quorum numero est iste usitatus cantus 'O amor deus deitas.'
Est in hiis uersibus scema quod dicitur antithesis ab anti
contra et thesis ²⁴ posicio eo quod adornatum contra unum contrarium ²⁴
ponitur aliud, puta: contra CARMINA ponit MESTOS MODOS; contra
PEREGI ponit INIRE; contra FLORENS STUDIUM ²⁵ flebilitatem. Deinde

a. Prov. 17, 22

23 illo 0/ 24 eo quod ad contrarium contra usum contrarium 0/ 25 debilitatem 0/

26

cum dicit (3) ECCE docet studium suum mutatum in merorem ex
 euidencia rei unde dicit ECCE quasi diceret in patenti est
 CAMENE LACERE Camene dicuntur Muse quas poete deas carminum
 fingebant et dicebantur Camene quasi canentes amene et
 designant quascumque artes uel sciencias, quia ad modum cantus
 oblectant animum. Arcium autem et scienciarum quedam sunt
 integre sicut artes et sciencie physice que in integritate
 rationis et constancia animi conseruant hominem. Quedam
 dicuntur lacere a lacerando quia lacerant cor hominis et a
 constancia detrahunt. De istis ergo Camenis loquens Boecius
 dicit ECCE LACERE CAMENE DICTANT MIHI SCRIBENDA quia more
 poetico metrica intendebat describere miseriam suam et LACERE
 CAMENE (4) RIGANT ORA id est faciem ELEGI id est mei miseri
 VERIS FLETIBUS non adulatoriis sicut est fletus iste de quo
 Iuuenalis Satira tercia:

flet, si lacrimas conspexit amici

non dolet ...

Potest et hic uersus aliter legi sic ET ELEGI id est uersus
 facti de miseria RIGANT etc. Et sic erit ELEGI nominatiui
 casus quod prius ponebatur genitiui. (5) HAS SALTEM hic docet
 se in istis Camenis laceris, ad quas studium suum permutatum

a v. 101-102

26 suum studium Q / 27 philosophie (?) Q / 28 iste de quo om. Q / 29 se in

RP de OJ /

erat, aliquale habere solacium. Et est sciendum quod de re ad quam homo aliqualiter afficitur dupliciter consolacionem recipit: uno modo in quantum illam secure possidet, alio modo in usu illius rei, sicut patet de cytharedo habente bonam cytharam³⁰ uel de milite habente bonum equum. Nunc autem Boecius pro statu in quo fuit affectus erat ad scienciam poeticam, quia intendebat³¹ ea uti ad describendum suam miseriam et ideo solacium ei erat quod eam secure possidebat, quia, cum non esset bonum corporale, non potuit persecucione temporali auferri. Et hoc est quod primo dicit HAS SALTEM quasi diceret: quamuis ita sit quod terror principis priuauerit me omnibus consolatoriis ne me comitarentur SALTEM NULLUS TERROR POTUIT PERVINCERE HAS scilicet Camenas (6) NE scilicet ipse existentes COMITES PROSEQUERENTUR³² ITER NOSTRUM quo scilicet³³ agebar in exilium. Secundo cum dicit (7) GLORIA FELICIS docet se habere solacium in usu sciencie poetice dicens quod Camene existentes GLORIA IUVENTE OLIM FELICIS quantum ad prosperitatem fortune VIRIDISQUE quantum²¹ ad teneritudinem etatis. Consueuerunt enim iuuenes in tenera etate deputari ad discendam scienciam poeticam in qua proficientes gloriabantur in usu metrorum et rithmorum. (8) SOLANTUR id est

 30 cytharam RP cytheam J / 31 intendebat RP intendebant J /

32 prosequerentur RP oper- J / 33 quo scilicet RP quo J /

34 ad om. O /

35

consolantur NUNC MEA FATA MESTI SENIS id est mesta fata mei

35

senis. Est enim hypalage. Est eciam in hiis uersibus

36

antithesis. Et nota quod in hoc maxime presentat Boecius

statum miseri, quod estimauit se consolari carminibus poeticis,

quia secundum ueritatem huius non cedunt dolenti in uerum

37

solaciam, licet sic appareat, sed magis in doloris augmentum;

cuius ratio apparebit infra prosa prima. Deinde cum dicit

(9) VENIT ENIM plangit sui corporis defeccionem. Et circa hoc

duo facit. Primo enim dicit se contra naturam etatis senescere

et sic ex dolore deficere. Secundo probat hoc ex duplici signo

ibi (11) INTEMPESTIVI. Dicit ergo continuando se ad precedencia

38

unde dixi SOLANTUR MESTA FATA MEI SENIS. ENIM pro quia.

39

SENECTUS INOPINA id est inopinata quia ante debitam etatem

senuit. Unde accipitur SENECTUS non pro ipsa etate sed pro statu

qui illi etati competit. Hic, inquam SENECTUS PROPERATA id est

accelerata MALIS id est aduersitatibus VENIT ET DOLOR scilicet

quo opprimor IUSSIT SUAM ETATEM id est statum sue etatis scilicet

senectutis que est etas doloris quia secundum Oracium in poetria

multa senem circumueniunt incommoda. Hanc, inquam, iussit inesse

scilicet michi uel aliter sic ET DOLOR ETATEM scilicet meam

IUSSIT INESSE SUAM id est occupauit et appropriauit sibi etatem

35 id est mesta fata mei senis om. 0 / 36 representat 0 / 37 alimentum 0/

38 bene 0/ 39 inopinata RP non opinata 0J /

meam. Deinde cum dicit (11) INTEMPESTIVI probat quod dixerat
 scilicet se⁴⁰ ante tempus senescere per duplex signum. Primum
 est quia INTEMPESTIVI CANI id est capilli canescentes ante
 tempus FUNDUNTUR a VERTICE. Secundum est quod CUTIS est LAXA⁴¹
 non tensa ex replecione sicut est in iuuenibus. (12) TREMIT⁴²
 CORPORE EFFETO id est euacuato et est uocabulum tractum a
 mulieribus pregnantibus, que postquam pepererint dicuntur effete,
 id est a fetu euacuate. Vel dicitur effetum quia extra fetum⁴³
 positum; et conuenit senibus, quia senectus non est apta ad
 gignendum fetum. Nota quod secundum Isidorum Ethimologiarum
 libro undecimo, capitulo primo, sanguis non est integer nisi in
 iuuenibus. Minuitur enim sanguis per etatem. Quia igitur caro
 generatur ex sanguine, in iuuenibus est caro integra sed in
 senibus diminuitur propter diminucionem sanguinis ex quo generatur
 et ideo in senibus laxatur cutis et fit⁴⁴ corpus effetum, id est
 uacuum. Diminuitur autem sanguis in senibus, quia homo secundum
 philosophum, 19. de animalibus, in⁴⁵ senectute tendit ad frigiditatem⁴⁵
 et siccitatem. Sanguis autem est calidus et humidus et ideo
 decrescente humiditate et caliditate decrescit sanguis. De canicie
 autem notandum, quod, sicut dicit philosophus 19. de animalibus,

40 scilicet se R se scilicet P scilicet ipsum OJ/ 41 est om. O/ 42 est om. O/
 43 quasi O/ 44 fit O fuit R sic pPesit J(?M)/ 45 tendit in senectute O/

pili generantur ex uapore terrestri, qui quando non bene
digeritur putrescit et ex illa putredine generantur cani,
cuius signum est quod pili cooperti cicius canescunt quia
coopertum prohibet uentum. Ventus autem eicit putredinem et
ideo remanente putredine fit canicies. Quia autem digescio
fit per calorem naturalem qui deficit in senectute habundante
frigore, ideo tunc materia pilorum non bene digeritur sed
putrescit et ideo canescunt senes. Et eciam quidam infirmi,
in quibus multum debilitatur calor naturalis propter quod,
sicut dicit philosophus ibidem, rectus est sermo ut appelletur
infirmitas senectus accidentalis et senectus infirmitas naturalis.
Talis ergo senectus accidentalis fuit in Boecio eo, quod corpus
infrigidatum erat et desiccatum propter multitudinem doloris
et tristicie. Sicut enim dicitur Prou. 17: ^a s p i r i t u s
t r i s t i s e x s i c c a t o s s a, et ideo bene dicitur a
quibusdam quod triplex est causa senectutis, scilicet etas
infirmitas et aduersitas. Deinde cum dicit (13) MORS HOMINUM
plangit sue miserabilis uite prolongacionem conquerendo de
dilacione mortis. Et primo ponit opinionem miserorum de morte

d v. 22

46 canescunt Q / 47 cooptorum Q / 48 canescunt ORP putrescunt J/
49 sicut om. O / 50 appelletur ORP appelleretur J / 51 corpus eius O /
52 infrigidatum ORP infregitatum J / 53 desiccatum ORP siccatum J /

felici, secundo opinionem eorum de morte crudeli ibi (15) HEU. Tercio ex hiis concludit mortem esse crudelissimam erga eum ibi (17) DUM LEVIBUS. Dicit ergo primo quod illa mors hominum felix est que nec ⁵⁴INSERIT uel ingerit SE ANNIS DULCIBUS id est tempore prospero quando delectat hominem uiuere. Et illa mors similiter felix est que ⁵⁵VOCATA VENIT SEPE MESTIS scilicet annis id est tempore tristicie, quia tunc miseri consueuerunt uocare mortem. Et nota quod hec sententia est falsa. Potest enim mors esse felix in prosperitate et mala in aduersitate. Est enim mors felix uel infelix secundum quod per eam homo ⁵⁶tendit ad gloriam uel penam. Deinde cum dicit HEU ostendit que est crudelis mors secundum opinionem miserorum dicens per modum plangentis HEU interieccio dolentis est. Sic ut HEU QUAM SURDA AURE SEVA id est crudelis supple mors AVERTITUR id est spernit MISEROS et tamquam exponens hoc quod dixit SPERNIT MISEROS ⁵⁷subiungit ET pro id est NEGAT CLAUDERE FLENTES OCULOS quasi diceret non permittit miseros mori. Est enim perifrasis, id est circumlocucio, mortis. Dicit CLAUDERE OCULOS quia in morte ⁵⁸consueuerunt claudere oculos. Est et in hiis uersibus ephexesis, quia secundus uersus est ⁵⁹expositiuus prioris. Et nota quod

54 tempore O / 55 mesticie O / 56 non O / 57 per J / 58 ephexe exegesis
P / 59 expositiuus CR exposicionis P /

in hoc Boecius maxime ostendit se miserum quod ipse talibus falsis sentenciis abducebatur. Item nota quod secundum Hugucionem auertor quandoque est uerbum passiuum quandoque deponens. Primo modo ⁶⁰construitur cum ablatiuo mediante preposicione ut auertor a te, id est amoueor a te. Secundo modo significat idem quod sperno et ⁶⁰construitur cum accusatiuo ⁶¹casu sicut hic. (17) DUM LEVIBUS hic ex predictis ostendit mortem erga se ipsum esse crudelissimam primo per contrarietatem ad mortem quam supra dixit felicem. Dictum est enim quod illa mors fuit felix que non accelerauit uenire tempore prosperitatis, sed econtra ⁶²fuit de morte illa eius quia tempore prosperitatis fere occupauerat eum. Et hoc est quod dicit (17) DUM FORTUNA id est temporalium mutabilitas MALE FIDA id est de qua male potest homo confidere FAVERET id est esset prospera mihi LEVIBUS BONIS id est bonis transitoriis TRISTIS HORA id est mors et est peryfrasis PENE MERSE RAT CAPUT MEUM id est occupauerat me. Dicitur autem ⁶³mors hora⁶⁴ tristis quia eius recordacio est causa tristicie et quia illa hora amici tristantur. Deinde cum dicit (19) NUNC QUIA ostendit mortem suam crudelem ex similitudine ad mortem quam dixit supra crudelem scilicet ⁶⁵que non permittit hominem mori tempore aduersitatis. Unde dicit

60 id est . . . te om. O / 61 casu om. O / 62 fuit om. O /

63 mortis hora J / 64 et om. J / 65 quando O /

(19) NUNC quasi diceret ita acceleravit mors occupare me tempore prospere fortune sed NUNC quia fortuna existens mihi NUBILA id est aduersa MUTAVIT VULTUM FALLACEM, (20) IMPIA id est misera VITA PROTRAHIT INGRATAS MORAS quia propter miseriam cedebat eum uiuere. Notandum quod fortuna que est temporalium mutabilitas consuevit depingi ymago ceca, quia ex improviso⁶⁶ accedit uel recedit uel quod hominem cecum reddit extollendo prosperitate et deprimendo aduersitate, non quod cecitas esset aliquid a parte fortune sed a parte hominis utentis. Unde Cato in institutione filii dicit:⁶⁸

Noli fortunam, que non est, dicere cecam.

Pingebatur eciam cum ambiguo uultu ita quod habebat faciem ante et retr^o et erat anterior alba, per quam significabatur prosperitas, et posterior nigra per quam designabatur aduersitas.

Et hoc est quod uocauit fortunam aduersam NUBILAM. Ideo autem dicit eam mutasse FALLACEM VULTUM quia, cum primum ei ostenderat⁷⁰ uultum prosperitatis, modo ostendit ei uultum aduersitatis.

Pingebatur eciam sedens in medio rote quam continue uolebat, in quo ipsa mutabilitas designabatur, per quam temporalia bona dispensat. Notandum est quod dicit mortem in aduersitate differri⁷² in prosperitate accelerari, non quod ita sit sed quia miseris

66 ex proviso O/ 67 non quod } numquid O/ 68 instructione O/ 69 uocat O/
 70 ostenderat ei O/ 71 eciam O/ 72 differri J/

ita uidetur: quia⁷³ in aduersitate desideratur⁷⁴ differri
 uidetur⁷⁵, quia uero⁷⁶ in prosperitate timetur⁷⁷ accelerari⁷⁸
 uidetur.⁷⁹ Deinde cum dicit (21) QUID ME FELICEM plangit
 lapsum felicitatis preterite ostendens se non fuisse perfecte
 felicem cum non haberet stabilitatem in ea. Quod autem non
 fuerit stabilis in ea, patet per hoc quod iam cecidit in
 aduersitatem.⁸⁰ Facit autem apostropham ad amicos dicens
 O AMICI QUID⁸¹ TOCIENS IACTASTIS⁸² id est iactando dixistis
 ME FELICEM scilicet esse, quasi diceret frustra hoc fecistis quia
 non erat illa felicitas stabilis, quod patet ex effectu, quia
 QUI CECIDIT scilicet sicut ego NON ERAT ILLE STABILI GRADU
 et suppleatur in. Vel potest dici STABILIS ut sit nominatiui casus
 et tunc patet sententia sine supplecione.

[I p l]

(1) HEC DUM MECUM. Hec est prosa prima in qua inducit Boecius personam consolantem scilicet Philosophiam et facit

 73 quia R (quia quod P)Pe (quia enim O) que J / 74 desideratur RP
 -antur J / 75 uidetur RP -entur J / 76 quia uero RP que J /
 77 timetur RP timentur J / 78 accelerari RP -are J / 79 uidetur
RP -entur J / 80 aduersitatem RPe aduersitate JP / 81 quid RPe
 qui JP / 82 iatastis J /